Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



202

psalmorū. Dixit dnūs dnō meo sede ad dextris mis·
donec ponam inimicos tuos scabellum pedū
tuorū. Dauid ergo dnm illum uocat. & quo
modo filius eius est. Audiente autē omni
populo. dixit discipulis suis. Attendite
a scribis qui uolunt ambulare in stolis. &
amant salutationes in foro. & primas ca
thedras in synagogis. & primos discubitus
in conuiuiis. Qui deuorant domos uiduā
rum simulantes longam orationē. hi ac
cipient damnationē maiorem. Respi
ciens autē. uidit eos qui mittebant munera
sua in gazophilacium. diuites. Vidit aut
& quandam uiduam pauperculam mit
tentem era minuta duo. & dixit. Vere dico
uobis. quia uidua hec pauper plus quā
omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia

L. ccxlvi.
T. II
M. ccxxviii.
R. cxxxv.

L. ccxlvii
R. VIII
M. cxxxvi.